# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Virtus d
### cum uariis

Aduerte uirtutes quattuor in uno facto. Fuit prudencia Deo credere, nec filii graciam anteferre auctoris precepto; fuit iusticia acceptum reddere; fuit fortitudinis appetitum racione cohibere; accedat et quarta uirtus temperancia. Tenebat intus et pietatis modum et execucionis ordinem. Denique dum sacrificio necessaria uehit, dum ignem adolet, dum filium ligat, dum gladium educit; hoc immolandi ordine meruit ut filium reseruaret.

Ambrosius de officiis de immolacione Abrahe.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

aduerte] animaduerte P $V^1$; precepto *om*. (*add. in marg*.) M; ordine] ordinem P $V^1$; de] et P $V^1$; Virtus d Aduerte uirtutes…immolacione Abrahe *om*. $V^2$ $L^1$ $L^2$